

ENNODIUS LACONIO

Diu est quod animus meus illa quae solebat relevari expectatione torquitur In longum traxistis silentia. silentia nulla necessitate compulsi. nonsin bonus imitator negligentiae ut neq: ego scripta prorogarem sed ad diem conticui. superveniunt saepe inlusis alloqui nunc tam sera deliberatione meam iam matura amplitudinis vestrae tacitur nitas debet evelli silentium. quod durius inquadam radice convalescit. veniunt ergo prospiciunt scripta. nos propter fugaces suos venientem commendo et desideriorum bona nondifferro. ergo vale mi domine et provecto tuo circa me geri. prospera cognoscens paribus me adcelerare sermonibus quatenus et perlator de beneficio gaudeat et ego sub levet de responso.

STEFANO epō ENNODIUS

Postquam meritis vestris dignitas restituta est et honor quem exegit urbs conlatus nulla beatitudinis vestrae pro peccatis meis scripta suscepi. aliena est a proposito vel animo vestris circa supplices quae inme servatur obliuio. temeritate meam pontificalis non accusat auctoritas. vix est ut diligentia quid iuris possit habere respiciat. numquam se meretur quem stimulat caritatis imperium. addetur quod perlatori praesentium obviae manus adhibere nonpotui nisi ut benignitati hominem gallias procertis negotiis expectantem ad coronae vestrae notitiam mei perducerem sermonis officio quem tota humilitate commendans rogo ut per eum uicarius relevari paterne alloquii. Domine mi salutationis servitutem tota devotione persolvens spero principe loco ut precum vestrarum serenitas meae quoq: mentionem non omittat facere. cum divinitati supplicat sine intermissione prōne.

ENNODIUS epō EULALIO

Adquantum me fastigium perduxerit donum spiritalis alloquii angustiam testatur. si sermone valeret ambiri. adquod enarrandum idonea non est mentis exilitas.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0171